Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

tes. Si sunt vera que scripsit
cur publicum metuit? Si falsa
scripsit? Olim pueri legimus
Intemperantis esse arbitror scri-
bere quicquam quod occultare velis.
Ergo quis est iste dolor? Quod e-
stuant? Quid insanivit? Quod
preconem repuli figuratum? quod
nolui me cum dolo ore laudari?
quod cum amici nomine inimici
insidias deprehendi? frater et
collega in prefaciuncula vocor.
Et satis apte exponuntur cri-
mina mea quid scripserim quibus
in celum Origenem laudibus ele-
vaverim vero animo fecisse se
dicit. et quod nunc eadem inimi-
cus obicit que tunc amicus
laudaverat. voluerat me in
interpretacione quasi primum
sequi et auctoritatem operis sui
ex meis opusculis mutuari. Suf-
fecerat semel dixisse quod scrip-
seram. Quid necesse fuit ea-
dem rursus iterare et frequenter
ingerere. et quasi nemo lau-
danti crederet ipsa replicare dic-
ta. Non est iam solita de au-
diencium fide et simplex in plu-
ra laudacio. Quid metuit
ne illi sine testimoniis dicto-
rum meorum in meis laudibus
non crederetur. videtis nos intel-
ligere prudenciam eius et pre-
dicacionis dyarsiace stro-
phe in scolis sepe lusisse. Simpli-
citatem obtendere non potest in
quo artifex deprehenditur in
malicia. Semel aut bis errasse
se sit casus. Cur prudenter er-
rat et crebro et sic totum texit
errorem ut michi non liceat
negare quod laudat. prudentis
fuerat et amici post reconcilia-
tam simultatem etiam leves suspi-
ciones fugere ne quod fortuito fe-
cisset consulto facere putaretur.
unde et Tullius in commentariis
causarum pro Gabinio. Ego inquit
cum omnes amicicias tuendas
semper putavi summa religione
et fide tum eas maxime que essent
ex inimicis revocate in graciam.
propterea quod integris amiciciis
officium pretermissum impru-
dencie vel ut gravius interpre-
temur negligencie excusacione
defenditur. Post reditum in graciam
si quid est commissum id non ne-
glectum sed violatum putatur
nec imprudencie sed perfidie assigna-
ri solet. Flaccus quoque in epistola quam
scripsit ad Florum male sarta gracia
nequicquam coit et restringitur.
quid michi nunc prodest quod sim-
pliciter errasse se iurat. ecce
obiciuntur michi laudes eius
criminum datur simplicitati causa